87

Litera super census exemptionis mediae octavae marcae in oppido Kanthy per Nicolaum Myszkowsky.

Kazimirus Dei gratia rex Poloniae magnus dux Lithvaniae, Russiae, Prussiaeque, dominus et haeres &. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris, quomodo attentis benemeritis et fidelibus obsequiis generosi Nicolai Myszkowsky terrigenae nostri fideliter dilecti, sibi censum annuum septem marcarum cum media latorum grossorum Pragensium super oppido nostro Kanthy de manibus nobilis Marassy Fyrkanz de Aprykow redimendum admisimus et consensimus, admittimusque et consentimus tenore praesentium mediante per ipsum Nicolaum Myszkowsky et suos successores, in omnibus per nos aut praedecessores nostros praefato Marassio Fyrkaiz, vel suis praedecessoribus iustis et legitimis inscripsit, ita tamen quod summa eximendam affirmamus prius inscriptam non excedat tenendam, habendam, possidendam

possidendam, recipiendam, et exigendam pacificè et quietè tamdiu donec praefatae summae per nos aut successores nostros sibi aut successoribus suis plenariè fuerint exolutae; quibus exolutis possessio praefati census ad nos et successores nostros redibit, iuribus nostris regalibus per omnia salvis remanentibus: harum, quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum; Datum in Nova civitate Tarczyn feriâ quartâ ante festum Sanctae Agnetis, annô Domini millesimô quadringentesimô octuagesimô quintô.

Creslaus Cancellarius. Relatio venerabilis Creslai de Kuroszwanky Regni Poloniae Cancellarii.

Ta kopia wypisana z oryginału pargaminowego annihilowanego 1785 roku d. 30. Aprilis, od którego oderwana iest pieczęć.